



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Cap. X. Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem
spirituum immundorum, vt ejicerent eos, [et] curarent omnem languorum
[et] omnem infirmitatem, Duodecim autem apostolo[rum] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

per timore domini. ¶ Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potesta-
tem spirituum immundorum, ut ejercent eos, et curarent omnem languorem et omni-
nem infirmitatem. Duodecim autem apostolorum nomina sunt hec. Primus, Sy-
mon qui dicitur Petrus, et Andreas frater eius, Jacobus Zebedei et Iohannes
frater eius, Philippus et Bartholomeus, Thomas et Mattheus publicanus, et
Jacobus Alphæi et Thaddeus, Symon Chananeus et Judas Ischariothes,
qui tradidit eum. Apud Lucam iam conuocatis ac denominatis duodecim Aposto-
lis, missurus & alios ad prædicandum dominus haec uerba dicit, quæ hic eum, antequam istos
duodecimi conuocaret, dixisse legis, messis quidem multa, operari autem pauci, &c. Cau-
sa ista recte animi quæstione pullaret, si prius constans existeteret, quod dominus prædicat
euangelium regni, nunquam uel nusquam unū eundemque sermonem, nisi semel & uno lo-
co dicere debuisset. Sed quis hoc a prædicatore exigit, ut quod uno in loco uel tempore di-
xit, non repeat aut dicat, locis uel temporibus alijs, præsertim cum nec omnes uno in loco
adesse, nec omnes æqualiter semel audita perpeti memoria possint retinere? ¶ Nunc & in
isto opere faciem dominantis uigilanter attende. Conuocatis duodecim discipulis suis, de-
dit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejercent eos, & curarent omnem languorem,
& omnem infirmitatem. Si paulo ante, ubi eiecto dæmone locutus est mutus, merito mira-
re sunt turba, & ueraciter dixerunt, nunquam sic apparuit in Israhel: quanto magis de isto
quod tales discipulis suis dedit potestatem, mirentur omnes, & dicant, nunquam sic appa-
ruit in Israhel: Nunquid talis Moyses? Nunquid sua potestate ranas produxit, & mulcas,
auralici potestatem hanc dedit, ut produceret eas? Igitur hic deus noster est, & non æsti-
mabitur alius ad eum, qui non qualescumque ranas aut mulcas, sed principes muscarum, id est,
sordidum demones & ipse sua potestate eiecit, quod neque Moyses neque alius fecit, & hos
minibus, gbus uoluit, ejiciendi potestatē dedit. ¶ Primus (inquit) apostolorum Symon, q
dicitur Petrus. Et hoc ipsum nomen, quod est Petrus, ab ipso domino impositum est ei, cu di-
ceretur Symon. Nam alius Euangelista, uidelicet Marcus, cu dixisset, & dedit illis potestatē
curandi & ejiciendi dæmonia, protinus haec ipsa duodecim apostolorum nomina prescribens,
& impoluit (inquit) nomen Symoni Petrus. Qui huic uni ex omnibus in nouo testamen-
to commutauit, ut qui uocabatur Symon, uocaretur Petrus: ipse est, qui similiter uni in ue-
teri testamento nomen commutauit, ut qui uocabatur Iacob, uocaretur Israhel. Ipse est e,
nim scriptor nominum, qualia ipse nosse dignatus sit, & habet librum conscriptum ex no-
minibus splendidissimis, quem sciens Moyses, dixit. Aut dimitte populo hac noxam, aut
simon facis, dele me de libro tuo quæ scripsisti. Cui respondit dominus. Qui peccauerit mihi,
delebo eum de libro meo, subauditur, & non te. Nam postmodum, inuenisti enim (ait)
gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. ¶ Nec ab re est, quod & illius in veteri, &
huius in nouo testamento nomen commutauit: sed si prudens inspecto astit, pulcherrimum
est mysterium huiuscce commutationis, quia uidelicet hoc agebatur, ut fieret quod per pro-
phetam dictum est. Et seruos meos uocabo nomine alio, in quo qui benedictus est benedi-
ctus super terram. Eorum uidelicet seruorum dei multorum, ille secundum carnem; ipse au-
tem dominus noster Iesus Christus secundum spiritum pater est. Vnde et pulcherrimum hoc
est in mysterio spectaculum, quia pater ille secundum carnem principium multitudinis,
duodecim filios, hic autem secundum spiritum principium Christianitatis duodecim genu,
et apostolos: et sicut illi patri secundum carnem, sic non sibi metu quidem pater iste spiritualis,
sed primo uicario suo præstitionem cōmutauit nomen. ¶ Interpretatur autem Symon obediens,
Petrus a petra dictus est, ipse nominis suo soliditatem ecclesiae uel fidei catholicæ præ-
sagiens, quam ipse insigniter ita edixit, tu es Christus filius dei tuui. Saulo quoque commu-
tatu est nomen, ut uocaretur Paulus, sed distert cōmutatio haec, quia uidelicet non ipse do-
minus illi ore suo commutasse legitur. Andreas decorus siue respondens, Iohannes in quo
est gratia uel domini gratia, et frater eius Iacobus, ambo Boanarges, id est filii tonitru, no-
minati, uidelicet ex firmitate uel magnitudine fidei. Philippus os latmpadis. Bartholomæus
us filius suspendentis aquas. Thomas abyssus uel geminus, unde et græce Διδυμος appellat-
latur. Matthæus donatus qui et leui, uidelicet ex tribu ex qua ortus fuit, Iacobus Alphæi,

k ob distin

CAP. X.

Lucæ, 10.

Chrysostomus quid est
monachus quicque se-
pius dicit.Quanto mai-
or pars Christi
stii q[uod] Moysi.

Marci, 3.

Gene, 32.

Exodi, 52.

Exodi, 33.

Esaiæ, 65.

Interpretatio
nomini. jz
Apostolorum
March. 56.

Marcii, 5.

CX. RUPERTI IN MATTHAE. Cap. X.

Iudas Iscarit
othes.

Qn ordinati,
es sacram sunt
Apostoli.

Heb. 9
Iohan. 20.
Matth. ul.

In uia gentium
ne abieritis.

Roma. 6

Ite ad oues
Irahel.

Magnus pas
tor ouium
Christus **[5]**

Ezech. 34

Judicium de
ouibus.

ob distinctionem prioris cognominatus, qui dicitur Zebedaei, sicut iste filius Alphai. Simon Chananaeus ad distinctionem Symonis Petri, de uico Galilæe Chana, ubi aquas do minus in uinum conuertit. Thaddæus, qui & Iudas Iacobi, subauditur frater, qui alibi appellatur Lebheus, figuratum nomen habens à corde, quod nos diminutiu corculum possumus appellare. Iudas Iscariotes, uel à uico in quo ortus est, uel ex tribu Isachar, uocabulum sumpsit, quodam præsagio futuri in condemnationem sui. Isachar enim interpretatur merces, ut significaretur præcium proditionis, quo dominum uendidit. Quare autem (inquis) dominus talem non solum ad discipulatum, uerum etiam ad apostolatum admisit? Nunquid necciuit? Ad hæc breuiter dicendum, quia fecit hoc ob consolationem nostræ, ob consolationem ecclesiæ futuræ, uel eorum maxime qui ecclesiæ præfunt, ut cum eis aliquis perierit, respondeant derogantibus, dicant insultantibus: ne miremini, & Christo accidit. Hos duodecim misit Jesus, precipiens eis, et dicens: In uiam gentium ne abieritis, et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ponitis ire ad oues que perierunt domus Irahel. Eentes autem, predicate dicentes, quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundare, demones ejicite. Bratis accepistis, gratis date. Non ut plerique arbitrantur, tunc duodecim apostolos dominus ordinavit, quando taliter eos convocauit, & talem eis potestatem dedit, sed tantummodo elegit, & numerum eorum duodenarium præfixit. Non idem est elegi quod & ordinari siue sacrari. Quando ergo illos ordinavit siue sacrauit? Nimirum quando functus officio suo magnus ipse sacerdos, introiuit in sancta per suum sanguinem, tunc eos sacrauit, & tunc resurgens a mortuis, plenam atque perfectam potestatem dedit eis, in hæc uerba, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, itemque. Eentes (inquit) docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Hac namque summa est apostolica potestatis atque uirtutis, remittere peccata per gratiam spiritus sancti, baptizatis in nomine patris & filii & sp̄i sancti, quam uidelicet potestatem seu uirtutem, neque præsenti loco neque usquam in toto euangelio, ante passionem suam dedisse illis repperire poteris. Siquidem hic illum dixisse legis ut prædicarent, infirmos curarent, daemones ejicerent, mortuos suscitarent, leprosos mundarent: sed non etiam hoc ut baptizarent & peccata remitterent. Baptizauerunt quidem aliquando, scilicet cum impleret cursum suum nondum traditus Iohannes, sed non baptizauerunt ab ipso domino iussi, immo tantum exemplo uel baptismu Iohannis, cuius & plerique illorum erant discipuli. Quare autem duodecim mittens & eos instituens, in ipso institutionis initio dixit, in uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nimirum quia needum tempus erat: neque hoc, ut iam fieret, diuinæ rationis aut euangelica prædicationis ordo poscebat. Quid enim iam tunc prædicaretur gentibus? Ut circumcidenterent, an ut baptizarentur? Sed profecto circumcidio iam in Christo finem accipiebat, baptismi autem sacramentum needum conditum erat. Hinc Apostolus. Quicunque ait baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, & cætera. Bene igitur in uiam gentium (inquit) ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Sed quid? Potius (ait) ite ad oues que perierunt domus Irahel. Denique ad illud quod tunc præsentialiter agendum instabat negotium, permittebat ire tantummodo ad oues que perierunt domus Irahel, oues pastorem non habentes, homines uexatos atque iacentes, quippe quibus neque dux, neque princeps, neque rex erat, neque pontifex: sed sub nomine pastorum lupos habentes, lupos graues, lupos rapaces, & inde pereunte. Et quid faciemus ad illas oues? Eentes autem (inquit) prædicente dicentes, quia appropinquabit regnum celorum. Nimirum quod pertinet ad rationem ouium, appropinquare regnum celorum, hoc est aduenisse iam pastorem magnum ouium, ad uisitandum oues suas, sicut per prophetam Ezechiel predictum. Ecce (inquit) ego ipse requiram gregem meum de manu eorum. Item. Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerint in medio ouium suarum dissipatarum. Et quia nec oues ipse omnes uisitationem suam uel pastorem suum cognoscere habebant, immo & hircinis cornibus plerique illorum persculcera-

DE
cuffur
tem p
& hirc
terbu
donec
lius ha
ti &
segreg
ritreg
induca
Etis sec
soue e
venit ,
ticam
quia d
uistit
mundu
dem on
tis ab o
misbi p
stru ret
rum et
cunt, d
lemon
y grati
admod
eo ut a
cipiam,
it. Pepe
qua cur
set, lepro
miam tri
gnus ei
uertit,
illa ordi
niam qu
taci parti
uicere. A
habeant
sua spiri
tentam
hic aliqu
neque uir
in uia, nul
stio solu
fi. Virg
Eionis, u
dominat
do, neque
tem habe
uirgam p
cum ab ini